

In nomine sancte et individue trinitatis omnibus in perpetuum amen. Ego Ripertus miles et burgensis in Vriberch filius Riperti quondam ad|vocati tam presentibus quam futuris omnibus hoc scriptum auditoris notum esse volo, quod pro remedio et salute animarum patris mei jam dicti advocati R[iperti] et ma|tris mee Kvnze et pro remissione
 5 peccatorum meorum et uxoris mee Petrisse et puerorum nostrorum ad subsidium et recreationem pauperum et infirmorum ta|lentum unum annuatim persolvendum de illo officio, quod wlgariter scrotambacht dicitur, hospitali sancti Johannis in Vriberch heredibus meis annuentibus liberaliter contuli persolvendum infra pascha et pentecosten. Et ne hec mea donatio in irritum possit revocari, sigillo meo et preterea sigillo burgensium
 10 presentem paginam feci communiri et nomina testium eidem superaddidi. Testes sunt hii: Heinricus advocatus filius fratris mei, Wernherus, Theodericus filii Theoderici fratris mei, Johannes de Antiquo Monte, Johannes de Aldinburch, Theodericus Catulus et Heinricus frater suus, Gerlaus de Hvnsberch, Heinricus filius Leonis et fratres sui et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie m° cc° xxx°.

15

(S.)

(SD.)

13.

Bischof Heinrich von Meißen erlaubt, daß sich Jedermann in dem von Hermann, Vicar zu St. Peter, errichteten Hospitale zu St. Johannes begraben lasse. **Altzelle, 1233 März 19.**

20

Hdschr.: Or. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das S. des Bischofs an Schütren von brauner Seide, vergl. Cod. dipl. II. 1, Taf. II No. 1.

Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 6.

Ann.: Vergl. No. 8. — In einer ebenfalls zu Altzelle am 26. März 1233 ausgestellten Urkunde des Bischofs Heinrich erscheinen mehrere Freiburger unter den Zeugen, nämlich Heinricus advocatus, Conradus filius Leonis und Johannes de Vriberc. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, 104.

25

Heinricus dei miseratione Misnensis episcopus omnibus in perpetuum. Dilectionis sinceritas, qua | personam dilecti nobis Hermannii vicarii beati Petri apostolorum principis | in Vriberc amplectimur sue merito probitatis, nos ad ea monet assidue, | ut sui honoris promotioni non aliter intendamus quam ipsum dignum et apud nos et apud alios reputamus. Ideoque notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentis temporis
 30 quam futuri, quod nos domui hospitalis, quod Hermannus vicarius beati Petri extra muros civitatis Vriberc in honorem beati Johannis ewangeliste per elemosinas fidelium nec non et suis laboribus dinoscitur construxisse, de multa benignitate nostra et ob devotionem Hermannii vicarii supra dicti predictae domui hanc gratiam indulgemus, ut, quicumque voluerint vel elegerint, de licencia et permissione nostra ibidem recipiant ecclesiasticam
 35 sepulturam, exhibita tamen prius plebanis debita porcione ad quorum parrochias pertinent corpora mortuorum, ne per hanc indulgenciam detrimentum senciant sui juris. Et ne quis hanc institutionis nostre formam presumat infringere aliquatenus vel turbare, sub pena excommunicationis firmiter inhibemus et in robur ejusdem hospitalis presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione mandavimus communiri. Actum apud